

Petrus deVinea

*Ep. V 91 (Ad maiestatis
nostrae presentiam...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus deVinea

*Ep. V 91 (Ad maiestatis
nostrae presentiam...)*

giugno 1240?

Capitano, ut concedat licentiam portandi et uendendi bladum fidelibus.

1. Ad maiestatis nostrae presentiam accedens O., fidelis noster, qui et fratres sui G. et T. pro fide maiestatis nostrae seruanda expulsi fuerunt de Ferraria, sicut dicunt, pro se ipso et fratribus suis humiliter supplicauit, ut sibi et eis centum saumas frumenti de Romangia extrahendi, et illud per totum Ariminum ad fideles tantum portandi et uendendi, licentiam concedere de nostra misericordia dignaremur. 2. Supplicationibus cuius benignius inclinati, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus, ab eis ydonea cautione recepta, de hominibus Romangiae, quod bladum ipsum tantum ad terras fidelium deportabunt, et quod a Potestate terrae illius, in qua bladum uendiderint, ad te testimoniales litteras reportabunt, licentiam ipsam pro parte nostri culminis concedas eisdem. 3. Ita tamen, quod dirictum ab eis proinde ius, quod curiae nostrae competit, integre persoluatur.